1623. d 13. 9bris

Ex Epis. MS. Lubien. in Arch. Stan. Aug. Regis





Stanislaus Lubienski. Stanislao Sierakowski.

Mihi vero iucundissima est quevis amoris testificatio, que a Dominatione vra optimo erga me affectu proficiscitur. Quotiescunq; sane vel D.V. conspicio, vel ejus literas lego, veniunt mihi longo ordine in memoriam Sieracovijane domus viri optimi consanguinei mei, quorum singularis semper enituit erga me benevolentia. Eorum cum D.V. non magis lineamenta oris, quam virtutum specimina referat, gratulor huic illustri familie, que cum semper bonorum virorum ferax et fecunda fuisset, nunc quoque succrescentes habet surculos, quos video brevi et Patrie et majoribus suis, ac nobis etiam amicis et cognatis decori et ornamento futuros. Bene valere D.V. cupio, eidemque studia mea et obsequia mea defero.